Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Lucis inmemor tardabit ad te conuerti
ſic benigniſſime expectantem ſic ad hoſti-
um pulſantem et per graz intrare uole-
tem Da ergo domine deus meus michi ce-
co et miſo ut a te uocatus aperiaz tibi cor
meum petm inde expellendo et te p graz
recipiendo ut illuiatus te ſequar nūc in
operibus uirtuoſis et poſt hec de tua uiſi-
one ſemper gaudere merear in celis

De zacheo et eius conuiio caplm xxiii

Deinde eadem die ihc ipaz
urbem Iericho ingreſſus
ambulabat per eaz tur-
ba non modica ſtipatus
Iericho ſigficat mundum
quem intrauit ihc in incarnacōe ambu-
lauit in ſua conuerſacōe ſz per amblauit
in ſua paſſione ex qua perambulacōe
facta eſt ſalus domui eius Mundus e
perambulandus quia per eum eſt ciſ-
ſime tranſeundū et nullo mō per inordi-
natum amorem uel affcōz eſt ibi ſiſten-
dum uel ei inherendū vix enī eſt aliqs qui
non inficiat ſi circa mundi negocia impli-
cet ¶ Zacheus aut qui erat non mō tm
publican9 ſz et princeps publicanoꝝ et
pmus int illos qui uacabant publicis
actib9 ſz exactoibus et uectigalib9 que
implicant ad petm et diues quia in ac-
quirendo auarus et tpalibus implicat9
ex quo in eius uocacōe apparet dei mīa et
dīne pietatis habundancia deſiderabat
ex deuocōe uidere ihm Beati enī oculi q
uident ipm et non poterat p turba ſeqe
eum quia ſtatura puſillus erat et corpe
ſcdm qtitatem et mente ſcdm humilitatem Ex
quo pz deuoto pplaū ad xpm quia tanta
turba ſequebat eum ¶ Et pcurrens .i.
p aliis currens aſcendit in arbore ſicha-
moꝝ ut uideret ihm tranſeuntem vnde
beda Ecce impoſſibilia ſunt apud hoies

poſſibilia ſunt apud deum Ecce enī camelus
depoſita gibbi ſarcina per foramen acus
tranſibit h° eſt diues et publicanus relicto
onere diuiciarum contempto cenſu fraū-
dium anguſtaz portā artamqz uiaz que
ad uitaz ducit aſcendit Suū inter deuocōe
fidei ad uidendum ſaluatorem quod natā
mi° habebat aſcenſu ſupplet arbois atqz
ideo iuſte q̄uis ipē rogare non audeat
bndictōz dnice ſuſcepcōis accipit q̄ deſide
rabat hec beda Sichomorus eſt arbor in
folus moro ſilis et in aliis ficui ſz ſtipite di-
ſtans et altitudine preſtans vnde et a lati-
nis celſa dicit Et inṗtat ficus fatua quia
arbor eſt ſterilis ſic eīz dicit ſichomorus .i.
ficus morus uel ſcribit ſichomorus ꝑ fico
moro ucio ſiptoꝝ vnde ſcdm Ioſephū pocī9
deberet ficomorus quia componitur ex nā
ficu quo ad lignū et ex natura mori quo ad
folia Sicomora eſt dicit quedaz poma ficus
ſilia ficus aūt mori liquorem ſagin ſilem
habet vnde dicit oſtenderunt elephātes
ſanguinem vue et mori ad acuendū eos in p-
lio ſz corli Et ideo morus crucem ſignificat
au9 ficus dicit ipē xpc in ea ſuo ſanguine
rubricatus q ſanguis nobis per recordacōz
ouſus acuit nos in prelio ſpuali Dnica crū
crux credentes alit ut ficus ab incredulis
irridetur ut fatua quia iudeis ē ſcādalū
gentibus uero ſtulticia ſz credentibus uirt9
dei eſt hec ergo arbor in qua puſillus ſta-
tura zacheus ut exaltari poſſet aſcendit
arbor fidei et crucis eſt ad quaz multi ueī-
entes ut in eaz aſcendentes q̄uis ſtatura
paruuli fuiſſent et non dum in ſcīa et per-
fecōe multum creuiſſent inde tn ihm uide
et cognoſcere meruerunt Huiuſ arbois fructus
ſanguineus eſt per quem martires ſigficant
qui tam firmit huic arbori inherent ut po-
cius occidi et ꝑpo ſanguine cruentari q̄ a ſua
arbore .i. a xpi fide et cruce ualeant ſepari

hanc debemus aſcendere per fidem et me-
ditacōē aliť ihm̄ uidere non poſſumus qꝛ
ſtatura puſilli ſumus Non em̄ ſufficiunt
nr̄a merita ſine merito paſſionis crucis ꝰ
hanc puſillus ut exaltari poſſit aſcendit
dum quilibꝫ humilis et ꝓprie infirmitatis co-
ſciꝰ terrena relinquendo et prauos actus deſerendo
altioraqꝫ petens et in domino confidens in
uirtute crucis gloriatur clamans cum aplō
michi aūt abſit gloriari niſi in cruce dn̄i
nr̄i ihu xpi cui ligni crucis eſt gloria ſal-
uata et per laudabilem fatuitatem dn̄m
cernē meret̄ Nos .n. ut aplus pdicamus
xpm̄ crucifixum iudeis quidem ſcandalū
gentibus aūt ſtultitiā Ecce ſicomorū aſce-
de et tu ligni ubi pro te pependit ihc et
uidebis ihm unde aug. apphendit zacheꝰ
ſicomorū aſcendat humilis crucem parum
eſt aſcendat ne de cruce erubeſcat in fronte
illā figat ubi ſedes pudoris eſt ubi oīo ubi
in quo membro erubeſcit̄ ibi figat̄ unde
non erubeſcat̄ putas quia irrides ſico-
morū Et ipa efficit uidere ihm h' aug. Cū
cuiqꝫ etiā humiliat̄ ꝑt xpm̄ hic infatuatū
uideri mundum qui ſolus tamen ſapiens eſt
quia quod ſtultum eſt hominibus ſapientiꝰ
eſt dei et ſi dn̄m uidere meret̄ unde greg.
Qui uenīāt ſapientes eē atqꝫ ipam ſapiāꝫ
cōtemplari appetūꝰ ſtultos nos humilit̄ agno-
ſcimꝰ Relinquimus nociā ſapiāꝫ diſcamus
laudabilem fatuitate hinc euang̃ hyſtorie
uerba teſtant̄ quia zacheus cum uidē pre
turba nil poſſꝫ ſicomori arborem aſcēdit
ut tranſeunte dn̄m cerneret Sicomorus
quippe ficus fatua dicit̄ puſillus itaqꝫ za-
cheus ſicomorū ſubiit et dn̄m uidit qꝛ qui
mundi ſtultitiam humilit̄ eligūt ipi dei ſapiāꝫ
ſublimit̄ contemplant̄ Puſillitatem namqꝫ
nr̄am ad uidendum deum turba perpendit
quia infirmitatem humane mentis ne lucē
ueritatis intendat curarū ſecularū tumultꝰ

premit Sꝫ prudent̄ ſicomorum aſcendꝰ
ſi prouide eā que diuinitus pcipit̄ ſtulti-
ciā tenemus Quid em̄ in hoc mundo ſtul-
tius q̄ amiſſa non querere poſſeſſa in pretibus
relaxare nullā pro acceptis iniuriis iniuri-
ā reddere īmo et adiunctis aliis paciā pbē
Quaſi em̄ ſicomorū nos aſcendere dominꝰ
pcipit cum dicit Qui aufert que tua ſunt
ne repetas et rurſum ſi quis te pcuſſerit
in dexterā maxillā prebe ei et alterā p
ſicomorū dn̄s tranſiens cernit̄ quia p hanc
ſapientem ſtultitiā et ſi nec dum ſolide ut
eſt iā tamen per contemplatōis lumē dei ſa-
pientia q̄ in tranſitu uidet̄ Qui uero in e-
lata ad conſpiciendū deum adhuc cogita-
tōnū ſuarū turba deprehenſi ſunt ſicomori
arborem non inuenerunt h' greg. ubi et
theopꝰ Sꝫ ſitale eſt hoc ad moralē utili-
tatem reuocare Quiſquis em̄ pluribus in maliciā
preeſt paruus eſt ſtatura ſpirituali et nō
pt uidere ihm pre turba Nam ꝑplexus a
paſſionibus et ſecularibus rebus nō aſpicit
ihm ambulantem .i. in nobis operante ma-
lum opus et cogites Aſcendit aūt ſuper
ſicomorū .i. ſup uoluntatis dulcedine que
ſignificat̄ per ficum depincēs eā et ſublim-
or factꝰ uidet et uidet̄ a xpo h' theopꝰ P
ſicomorū etiā pt intelli religio quia la-
tini ſicomorū celſam nominant̄ eſt enim
procerior et altior moro et habet fructus
ſubdulces qui nunquam ad maturitate perue-
niunt Sic ſtatus religiōis eſt altior et p-
fectior quia in contemplatōe conſiſtit et
ſtatum mundi tranſcendit Habꝫ etiā fructus
ſubdulces fructus ſꝫ abſtinentiarū uigili-
arum ieiuniorū et huiuſ qui licꝫ de ſe ſint
duri et aſperi tn̄ ſunt ſubdulces quia ſuſ-
tinent̄ amore dulcedinis paradiſi et nun-
q̄ ad maturitatem perueniunt quia fructꝰ
maturi ſunt dulciores et uera religio de
mundana dulcedine non curat Sꝫ ſico-

morus ficus fatua dicit^r quia ad lr̃az ingrediens r̃ligioz fatuus reputat^r vñ pt dicere illud amos armentarius ego sum uellicans sicomoras ·istaz arborem zacheus pusillus hmlis s3 r̃ligiosus ascē dit ut uideat ihm s3 ut luteat^r uita etia que in uisione dei consistit ·Ps3 quia par uus alte non pt ascendere sine scala uel gradibus ideo sunt tres gradus in sca la religionis ·Unus est abrenunciacõ ppe uoluntatis per uotum obediencie ·Sc͠ds est abrenunciacõ ppetatis exterioris per uotum paupertatis ·Tercius est pmissio ppetue castitatis per uotum continencie ·Et istos tres gradus tres alii gradus expte ipius ascendentis precedunt ·Primus est cõtemptus terenorum ·scdus obliuio ge neris ·Tercius odiu mundi ·Et ista tria fue runt dicta abrahe a domino ·Egredē de tra ·Ecce gradum pmu ·et de cogñõe tua ·Ecce gradu scdm ·Et de domo pris tui ecce gradu t̃cu et uem in t̃raz quā mōstrabo tibi ·i· in r̃ligioz ·Isti sunt sex gradus qbus ascendebat^r ad thronum salomonis ·Iste thronus est religio in qua dominus r̃sidet ta q̃ in throno et cathedra spirituali vnde et petrus rauennas uocat religioz paradisum que ppria mansio dei est dicens ·Sup̃ sinaz cordis mei si paradisus in hac uita pñti est aut in claustro aut in scolis est ·Undique em extra hec duo est plenũ est anxietate et inquietudine amaritudine formidie sollicitudine et dolore ·Et cu ·ihc ueñ ad locum ubi erat sicomorus suspiciens uidit zacheum non tantũ uisu corpois s3 et r̃spectu pietatis approbans illius de uocacõz et desideriu ·Bonũ fuit ei uidere xpm s3 melius uideri a xpo ubi beda vid ihc uidentem se quia elegit eligentem se et amauit amantem huc sane ordinem proficiendi hoc est sup fidem dominice i

carnacõis ad cognicioz diuinitatis supe ueniendi qi sicomora ihu facie speculãdi doctor egregius ondit cum ait Non enim iudicaui scire me aliud inter uos nisi xpm ihm et hunc crucifixum hec beda ·Cognos cens ergo et acceptans ihc desideriu za chei cum ut descenderet uocauit dicens zachee festinãs descende quia hodie in do mo tua oportet me manere ·In domo qdez materiali ppe r̃feccoz xpi et discipulorz suo rum et ad ostendendum benignitate pec catori r̃uertenti et in domo consciẽ spũali per gracie infusioz necnõn pccatori illud eciaz dicit xpc cuilibz ucm xxix em ma nere in domo cõsciẽcie ntrẽ et ideo debz ppari ad eũ recipiendum vnde de ista dicit psalta domum tuaz decet sanctitudo tua dñe ·Gloria em nra h̃ ẽ testimoniũ cõsciẽcie nre ·Bene debz domum suaz spũalem emu dare et ornare qui uolt tantu hospitem recipere s3 regem glorie quem nec celum nec tra pt capere ut ibi maneat ·i· per g̃ ciaz inhabitet et non transeat ubi beda ·Quod aũt descendere de sicomoro zacheus et sic in domo sua xpo mansioz ppararet iubetur hoc est quod aplš ait quia et si cognouimus scdm carnem xpm s3 iaz nunc no nouimus si em mortuus est ex infirmita te s3 uiuit ex uirtute dei hec beda ·Verba pdicta domini ihu moralit^r exponi pñt de fideli aĩa que domus dei dicit^r quia in ea xpc per graciaz manere dignat^r et h̃ hodie ·i· in uita pñti per gracie plibacoz ac eciaz ·i· in eternitate per glorie beata fru icoz licet aũt xpc in qualz fideli anima habitet per fidem specialit^r tñ ad hoc e legit mentes eleuatas et abstractas debz aũt aĩa talis ee abstracta cõplicat^r scz a de siderio rerum tpraliũ a uoluptate delec tacionum carnalium uel comodi corpora lis et a se ipa per abdicacoz ppriẽ uolũt^s

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Per hec enim tria abstrahitur anima
ab omni impedimento salutis contra
illa tria de quibus dicitur omne quod est
in mundo aut est concupiscentia oculorum
aut concupiscentia carnis aut superbia vite
Hanc triplicem abstractionem docuit salua-
tor dicens Qui vult venire post me abne-
get se quantum ad tertium et tollat crucem
suam quantum ad secundum et sequatur me videlicet
relictis omnibus quantum ad primum Et hec
triplex abstractio de zacheo cui hec verba
dicta sunt scilicet in domo tua oportet me ma-
nere potest intelligi Lucas enim principium
evangelii ipsum divitem appellavit in pro-
cessu tamen eum veluti pauperem christi factum
esse commemorat Nam in eo quod dixit ecce
dimidium bonorum meorum do pauperibus
etc innuit abstractionem primam scilicet a rebus
temporalibus In eo autem quod zacheus ascendit
in arborem sicomorum significatur abstractio
a comodo temporali vel delectatione carnali Sico-
morus enim ficus fatua et significat car-
nalis delectationis dulcedinem que fatua est
quam ascendens per hanc abstractionem
sub pedibus deprimit et calcat In hoc autem
quod ipse ad unam domini vocem festinans de-
scendit et excepit illum gaudens innuitur
abstractio proprie voluntatis Et hec tria se
invicem perficiunt ita quod alterum sine aliis
perfectum non est Si enim quis sic abstrahitur
a sollicitudine temporalium et sit deditus volup-
tati carnis nichil est et sic intellige de aliis
suo modo Et festinans descendit et excepit
illum gaudens et exultans de tanti hos-
pitis adventu Nam enim quia dominum in cor su-
um susceperat zacheus in domo eius susci-
pi dignatus est dominus In quo facto dominus
innuit quod votis minorum annuit et affectus
pios prosequitur et perficit Unde hic benig-
nitatem domini plus enim dedit zacheo quam ille
desideravisset quia dedit ei seipsum quod ille
petere ausus non fuisset Unde etiam liture

orationis quia desiderium magna vox
et magna oratio est Et ideo dicit psalmista
desiderium pauperum exaudivit dominus
Et alibi dominus ad moysen Quid clamas ad
me cum ille ore taceret et tamen corde loque-
retur unde augustinus Tota vita boni christiani sanctum
desiderium est Quid autem desideras non dum
vides sed desiderando capax efficeris ut cum
venerit quod videas implearis hec est
vita nostra ut desiderando exerceamur Tantum
autem nos exercet sanctum desiderium quantum desi-
deria nostra amputaverimus ab amore seculi
hec augustinus Et videntes pharisei et alii
malignantes videlicet quod intraverat domum
publicani murmurabant dicentes quia
ad hominem peccatorem divertisset Isti pec-
cabant dupliciter scilicet false iudicando de zacheo
quia iam peccator non erat sed vere penitens
Et similiter de christo quia non invitum erat si
divertebat ad eum quem iustificaverat
quia cor penitentis est christi diversorium
ubi pascha manducat Irrationabiliter etiam mur-
murabant quia nullus potest rationabiliter
murmurare si medicus dignatur egrotum visi-
tare Stans autem zacheus ad obediendum
domino promptus non titubans propter aliorum
murmurationem et detractionem sicut multi qui
ad modicum verbum aliorum bonum desinunt
iam inchoatum dixit ad dominum Ecce dimidium
bonorum meorum do pauperibus et si quid aliquem
defraudavi reddo quadruplum scilicet de dimi-
dio residuo quod ad hoc retineo lex enim in
aliquibus precepit restitutionem duplum in ali-
quibus quadruplum in aliquibus quintuplum
et ideo per hoc quod hic restitutio maior exprimitur
alie due comminus intelliguntur Ex hoc autem quod
dimidium bonorum suorum dedit pauperibus patet
quod non omnia bona sua erant male acquisi-
ta quia de illis non posset fieri elemosina
Sicut autem zacheus dixit do pauperibus
et reddo quadruplum sic debent facere
volentes dare elemosinam vel reddere male

acquisita dantes do uel reddo non dabo uel reddam seu in testamento meo ponam ubi beda Et hec est sapiens illa stulticia qua de sicomoro publicanus qui fructum uite legerat carpere uidetur reddere propria et aliena que uisibilia contempnere pro inuisibilibus etiam mori desiderare se ipsum abnegare et eius quem necdum uidebat domini uestigia sequi concupiscere hec beda ¶ Conspice igitur dominum et discipulos cum illis peccatoribus comedentes ac familiariter et domestice conuersantes ut eos ad se attraherent et de peccatoribus iustos facerent ¶ Sed quia Iudei murmurabant quod ad hominem peccatorem diuertisset et cum eo maneret ut ipsorum estimationem et murmur redarguat et compescat quod intus curauerat etiam a culpa sanatum annunciat dicens Quia hodie salus huic domui facta est et cum egritudine et morbo omnium uiciorum contagione fugata sanata est et tota interius et exterius sanctificata quia per domini ingressum facta est zacheo salus et qui fuerat peccator per domini receptionem est iustificatus et salute consecutus quia suscepto medico saluus factus est ab auaricia et omni morbo ubi theophilus Ipsum zacheum significat assecutum fuisse salutem per domum habitatorem designans subiungit enim eo quod ipse sit filius abrahe non enim uocasset abrahe filium in ciuitatem fabricatam hec theophilus uel eo quod et ipse qui huius domus habitator est iam non publicanus sit sed filius abrahe factus sit non natura id est non secundum carnem sed secundum fidem non genere sed fidei et operum imitatione Abrahe namque filii sunt quicumque abraham imitantur et opera abrahe faciunt zacheus quippe sicut et abraham in fide uixit et abraham quidem angelos zacheus uero angelorum dominum hospitio suscepit unde beda Filius abrahe dicitur zacheus non quia de eius stirpe generatus sed quia eius e

fidem imitatus ut sicut abraham terram cognacionem domumque patriam ob spem future hereditatis iubente domino deseruit ita et ille quos thezaurus in celis acquireret bona sua pauperibus partiendo reliquit Et pulchre dicit et ipse ut non solum eos qui iusti perseuerant sed et eos qui ab iniusticia resipiscunt ad filios promissionis pertinere declararet hec beda ¶ Sed reddit causam quare ad domum publicani diuertit quod hoc fecit ut medicus egrotum curaret et ut deus peccatorem iustificaret et ut pastor ouem perditam reportaret et ut saluator quod per culpam perierat saluaret Quia ad hoc dei filius uenit de celo in mundum per carnis assumptionem factus homo et filius hominis id est uirginis ut quereret per doctrinam et saluum faceret per gratiam quod perierat per culpam scilicet ouem centesimam dragmam decimam filium iuniorem perierat enim in homine innocencia nature similitudo gratie adoptio glorie primum comparatur oui perdite secundum dragme perdite tertium filii prodige Tria autem predicta uenit huic reparare Unde ait et alibi Non ueni uocare iustos sed peccatores ad penitentiam ubi Crisostomus Quasi diceret Quid me criminaris si transfero peccatores tantum enim procul est a me odium peccatorum quod eorum causa aduenerim Nam medicus uenit non uides obhorret contra fida languencium passionum fetorem ut prestet remedium ubi et beda prius sane magister qui murmurantibus turbis sua misteria non dedignatur exponere a deo scilicet peccatorum penitenciam non esse respuendam ut ipse dei filius ob hanc maxime querendam sit destinatus ad terras qui ut pietatis sue nobis dispensationem inculcet sepissime se filium hominis appellat commendans sollicite nobis quod factus est benigne pro nobis ¶ Et addicit idem beda inscite zacheus qui in statura

intificatus credentem ex gentibus poplin
significat qui per occupacōz temporaliū
depressus erat et minim⁹ sȝ a domino sat-
isfactus qui intrantem Jericho saluatore
videre voluit dum fidem q̄ mundo attulit
participare quesiuit H beda. Per diuitem
etiaꝫ istum sȝ zacheum qui querebat vi-
dere ihm sȝ impediebat' per turbaꝫ et sta-
ture sue paruitatem intelligi pt̄ quilibꝫ
diues qui de salute sua sollicitat' sȝ per
turbacōz fantasmatum circa negocia tem-
poralia et per ꝯpriaꝫ imperfcōz impedit'
ꝓpt' quod ascendere debꝫ in arborem i. ad
xpm̄ per oracōz que sm̄ dam̄ est ascensus
mentis in deum et sic ihm videre meretur
et partem bonoꝝ suoꝝ pauperib⁹ dare et
si quem defraudauit fideli' ꝯstituere per
phariseos autē murmurantes intelli pnt
maledici bonoꝝ operū deprauantes et que
bene fiunt in malum interpretantes sȝ de hys
non est curandū nec ideo a bono ope cessan-
dum ymo potius et fortius ei insistendum
¶ Et quia erant ꝓpe iehrlm que est caput regni
et existimabant aliqui phariseoꝝ et etiaꝫ
discipl'oꝝ q̄ statim cum esset in iehrlm ma-
nifestaret' regnū eius super iudeos a multis
enī credebat' futurus rex israhel sȝ q̄ dixerūt
magi ubi est qui natus est rex iudeoꝝ et
ipi apli querebant ab eo domine si i t'pre
hoc restitues regnū isrl'. Ad hunc ergo er-
rorem remouendum inducit parabolam
de homine nobili qui abijt in regioꝫ longiq̄
et dedit decem seruis suis decem mnas ad ne-
gociandum Luc quia in sūia ꝯcordat cum
alia parabola que infra de talentis dicit'
ideo hec ibidem simul cum illa coniungit'
Domine ihu qui zacheum in sico-
moꝝ ascendentem misericordit'
respexisti ac eum ad te vocauit et in domū
ipius diuertens ab omī vicio sanasti ꝯcede
michi pusillo et misero ut in arbore ꝑtute
valeaꝫ ascendere ubi me oculis misericor'
digneris aspicere et ad tuā graciaꝫ vocare
donans michi ut domum consciencie mee
ad te recipiendum digne preparem et per
te totus interius et exterius perfecte saner.
Et qui venisti de celis querere et saluare q̄d
perierat in terris tu me qui perieraꝫ per cul-
pā requiras bone pastor et saluū facias pie
saluator amen.

De duobus cecis p⁹ egressum ihrico illuminatis xxxm ca⁹

Post hec egrediente ihu
cum discipulis ab Jericho t'-
ba multa desiderantium
audire doctrinaꝫ eius se-
cuta est eum pauci enim
non audebant ꝓpt' latrones ingredi desertū
Qd' turba plurima sequebat' ihm sic se-
dule et studiose doctrine est indiciū hec Cris.
Testimoniū studiosi agricole est ꝯsit messis
fecunda Assidui aūt doctoris documentū
ecclā plena Neminem labor itineris impe-
diuit quia amor spūalis fatigacōz nō sen-
tit Neminem possessionū suarum sollicitudo
retrahit quia ingrediebant' in possessionem
regni celestis Vere enī non habꝫ sup terram
quod amet qui bonū celeste in veritate gu-
stauerit Sicut enī qui preciosum mandu-
cauerit cibum postmodum et hec esca vilis
ingrata videt' Sic et qui semel dulcedine
xpi bn' gustauerit t'renoꝝ bonoꝝ de cetero
non multum sentit saporem Summū ergo
est illa rosa in campis Jericho de qua sapia
loquit' per salomonem sicut palma exal-
tata sum in cades sicut plantacio rose in
Jericho Ergo hec est illa speciosissima rosa
sanctitate iusticie candida et passionis san-
guine rubicunda Sicut enī rosa anteq̄
videat' sentit' et anteq̄ inueniat' tenetur
in odoribus suis sic et domino transeunte
de longe duo ceci anteq̄ viderent diuinitate
eius fraglacōe senserunt hec Cris. ¶ Unde
sequit' Et ecce duo ceci sedentes secus viaꝫ
ut elemosinaꝫ peterent a transeuntibus